UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Spannischer Tugent-Spiegel Das ist Leben vnd Wandel der Hoch-Adelichen Jungfrauen/ Frauen Marina de Escobar, &c. Von Tugend vnd Heiligkeit durch gantz Hispannien hochberühmt

Puente, Luis de la

Saltzburg, 1675

Protestatio Posterior.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37195

Visual Library

Proteſtatio Poſterior.

LEctor adverte, præmiſſa omnia ita à me proponi, ut nolim ea reſpectivè accipi tanquam à ſede Apoſtolicâ examinata atque approbata, ſed tanquàm, quæ à ſolâ ſuorum Authorum fide pondus obtineant, atque adeò non aliter quàm humanam hiſtoriam. Proindè Apoſtolicum S. Congeg. S. R. & Univerſalis Inquiſitionis Decretum Anno 1625. editum, & Anno 1634. confirmatum, integrè atque inviolatè, juxta Declarationem ejusdem Decreti à Sanctiſſ. D. N. Urbano Papâ VIII. Anno 1631. factam, ſervari â me intelligatur, nec velle me vel cultum, aut venerationem aliquam per has meas narrationes arrogare, vel famam & opinionem Sanctitatis, ulli (niſi in quantùm pro parte

uni

uni atque alteri, quorum incidenter mentio fiebat, hactenùs à S. Sede factum ſit, aut fieri contingat) inducere, ſeu augere, nullúmque gradum facere ad futuram aliquando Beatificationem vel Canonizationem, aut miraculorum comprobationem, ſed omnia in eo ſtatu à me relinqui, quàm aliàs ſecluſâ hâc meâ deſcriptione haberet, non obſtante quocunque longiſſimi temporis curſu. Hoc tam ſanctè profiteor, quàm decet eum, qui S. Sedis Apoſtolicæ obedientiſſimus haberi filius cupit, & ab eâ in omni ſuâ inſcriptione & actione dirigi. Ita ego.

UDALRICUS MAYR
Soc. Jeſu Presbyter.

ET quoniam, ut ſupra in Præfatione ad Lectorem dictum eſt, præſens hoc Compendium Vitæ Venerab. Dominæ Marinæ de Eſcobar potiſſimum eſſe depromptum ex iis, quæ

R. P.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Ludovicus de Ponte ante obitum ſuum litteris conſignavit, & de facto jam in Hiſpaniâ in lucem edita ſunt. Idcirco non abs re me facturum cenſui, pro ſtabiliendâ veritate eorum, quæ in hoc Compendio commemorantur, ſi Hiſpanas Approbationes, primæ parti, Vitæ Ven. Virg. D. Marinæ de Eſcobar &c. præfixas, ad calcem hujus libelli apponerem.

Appro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN